Opuſculum valde vtile de amicicia vera ⁊ ficta
ac de eius ſignis editum a venerabili Roderico
de Enciſo artium et theologię magiſtro canoni-
co calagurritano ac eccleſie Malacitane archi
diacono.

UVA. BHSC. IyR_241_3

UVA. BHSC. IyR_241_3

Incipit opuſculum de amicicia vera et ficta ac de eius ſignis editum a venerabili Roderico de enciſo artium et theologie magiſtro canonico calagurritano ac eccleſie Malacitane archidiacono.

De amicicia et amicis multa ⁊ preclara in ſacris atq; humanis litteris ſcripta leguntur: quibus vera a falſa amicicia veriq; a fictis amicis quodāmodo ſeiungi ac diſcerni poſſunt. collegi quedam ex documētis diuinitus inſpiratis et ex hijs que humana procedūt cognitione tanq̄ ex eximijs exigua ⁊ ex magnis parua: quibus quid ſit amicicia que vera atq; ſimulata. (et ſi nō diffuſe vt in maiorū dictis): tamen aliqualiter ſub cōpendio conſpici et cognoſci poterit. Apes aliqualiter imitatus. qui floribꝰ in varios ſuccos mirabili artificio digeſtis nouū in eis ſaporem ſui ſpiritus ꝓprietate trāſfundunt. Dignitatem ⁊ vtilitatem afferet huius opuſculi conſideratio. nam ⁊ intellectū doctrina ꝑficiet: ⁊ falſas ac veras amicicias aliqualiter demonſtrabit. qđ ad vitam noſtram multum confert.

Tria breuia in hoc opuſculo expediēda occurrunt. Primū de amicicie diffinitione et cōmendatione. Secundo de amicicie ſpeciebus. Tercio de ſignis vere ac ſimulate amicicie. Amicicia eſt quedā virtus inquantū eſt habitus electiuus. ⁊ reducitur ad genꝰ iuſticie inquantū exhibet proportionale. vel ſaltem eſt cōſequens virtutē. quia ex hoc ipſo ꝙ aliquis habet virtutem ⁊ amat bonū rationis: conſequitur ex ipſa inclinatione virtutis ꝙ diligit ſibi ſimiles. ſ. virtuoſos in q̄bꝰ bonū ratiōis viget.

Amiciciam ſic diffinierunt ſapiētes. amicicia eſt beniuolētia mutua ⁊ nō latens. et illū dixerunt amicū qui vult bona amico ⁊ facit vel ea que videntur bona illius gr̄a. beniuolentia eni bona volumus amicis illorū gratia. nam ſiquis velit alicui bona nō gratia illius ſed gr̄a ſui: non eſt illi beniuolus ſed ſibi. beniuolus eſt nō vino ſed ſibi. qui vult vino bonum. ſ. vt cōſeruetur vt ipſe habet illud. nec omnis beniuolentia amicicie cōpletam habet rationē: ſed illa tantū que mutua eſt ⁊ nō latēs. nam ſiq̄s bonum alicui velit qui nō redametur aut ipſum lateat redamari: talis beniuolētia nō attingit perfectā amicicie rationē. ſequitur ex predicta diffinitione ꝙ amicicia nō eſt ad inanimata et irrationabilia. nam irrationabilia nec reamare nec cognoſcere ratiōe quicq̄ poſſunt. vnde improprie q̄s dicitur amicus vini. amicus pecuniarū aut montiū. irrationabilibus etiā ⁊ inanimatis nō ſumus beniuoli: ſed nobis. nam ſi ea ſalua eſſe volumus: nō ſibi ſed nobis. i. ad noſtrā vtilitatem eoꝝ ſalutē ordinamus. ⁊ q̄a amicicia beniuolentia mutua ⁊ nō latens eſt vt diximus: nihil quippe vt ita dicam ea dignius. nam ita humanas mentes vnit ⁊ trāſformat: vt ſi amicos decem quis habeat: nō vnus ſed decē vt ita dicam vnuſquiſq; eſt.

UVA. BHSC. IyR_241_3

⁊ iuenies in decē vnū ⁊ in vno decē. ⁊ ſi inimicū habeāt qui vnū aggredit
fere decē aggreditur. nō enī ab vno tantū: ſed a decem impetitur. indiget
vnus: ſed nō eſt in egeſtate. maioꝛe enim ex parte hoc eſt nouē habundāt.
et pars q̄ indiget maioꝛe exuberante obtegitur. ſinguli hoꝛū viginti ma-
nus habent. oculos viginti ⁊ totidē pedes. nō tantū ſuis oculis vidēt. nō
ſuis pedibus ſuſtētantur. nō ſuis operātur manibus: ſed amicoꝛum. ecce
amicicie excellētia. quo pacto vnū inſuperabilē ⁊ multiplicē reddit. ⁊ vnꝰ
ī multis ſimul locis ⁊ in perſide ⁊ rome eſſe poſſit. ⁊ qđ natura nō poteſt:
amicicia poteſt. ⁊ pars eiꝰ hic pars illic. vel potiꝰ totus vtrobiqꝫ. ⁊ ſiqs
mille vel duo millia amicoꝝ haberet: cōſidera in quantā ille poteſtatem
aſcenderet. animaduerte quantū capiat augmentū amicicia. hec nimirū
eſt vt mille vnus efficiatur. dignitas amicicie atqꝫ vtilitas ex eius cōtra-
rio depꝛehēdi poteſt. nam ſiquis nullū amicū habeat huiuſmodi vir quā
vitā viuet? ſine amicis enī nemo eligeret viuere licet cūcta poſſideret bo-
na. q̄uis enī ditiſſimus ſit: q̄uis omni copia ⁊ delicijs habūdet: q̄uis in
numera bona poſſideat: om̄ibus caret. ſed nō in amicis ita vſu venit: ſed
⁊ pauper amicos habēs diuitibus ditioꝛ eſt. ſunt. n. ei ſingulare refugiū.
⁊ que ipē ꝑ ſe dicere nō audebit: amicus dicet. ⁊ q̄ ſibi pꝛeſtare nō poterit:
alius ⁊ id ⁊ lōge maioꝛa ꝑſtabit. hoc pacto ⁊ voluptatis ⁊ ſecuritatis ma
teriā inueniet. nec regij coꝛpoꝛis cuſtodes tā diligētes ſunt in regis cuſto
dia vt amici amico. illi nāqꝫ neceſſitate ⁊ metu cuſtodiunt: hij beniuolen-
tia ⁊ dilectiōe q̄ metu longe potētioꝛ eſt. ⁊ ille cuſtodes ſuos metuit: hic il-
lis magis q̄ ſibi fidit. idcirco nullas timet inſidias. nec ſolū pauꝑibus ⁊
mediocribus amici neceſſarij ſūt: ſed diuitibus pꝛincipibꝰ ⁊ poteſtatibꝰ.
Pꝛimo ad vſum bonoꝛū. nulla eſt enim bonoꝝ vtilitas: ſi nulli benefacia
mus. ad bonoꝝ quoqꝫ cōſeruationē. que nō poſſunt ſine amicis cōſerua-
ri. quia bona foꝛtuna quanto maioꝛ eſt: tanto eſt minꝰ ſecura: quia habet
plures inſidiatoꝛes. omni generi atqꝫ etati conferūt amici. nam ſenibꝰ cō
ferunt ad ſeruiendū: quia ob ſeniū facti ſunt imbecilles. floꝛentibus ⁊ ꝑfe-
ctis amici ⁊ ad intelligendū ⁊ agendū adiutoꝛio ſunt. nā duo ſimul eūtes
intelligendo ⁊ agēdo foꝛtioꝛes erunt. ⁊ vt rem maxime neceſſariā natura
rebus amoꝛē indidit. ſicut inter genitū ⁊ generās. ⁊ inter ea animalia que
vnius generis ſunt. homines etiā quādam naturalē amiciciā habēt ſicut
patet in erroꝛibus viaꝝ. quia quilibet etiā ignotū reuocat ſi in via errantē
viderit. Amicicia etiā ciuitates conſeruantur. ⁊ legiſlatoꝛes magis inten
dunt amicicie q̄ iuſticie. qꝛ relaxant penas rigoꝛe iuſticie debitas ad ami
ciciam cōſeruandā. quia ſi amici ſunt ciues nihil opus eſt iuſticia ꝓpꝛie
dicta q̄a haberent oīa quaſi cōmunia. ſi tamē ſint iuſti indigent amicicia.
⁊ quidā eoſdē exiſtimant amicos ⁊ viros bonos. Amicicia. n. aduerſa cō
temperat. ꝓſpera cōponit. triſtiaqꝫ iocūdat. homo ſine amico non habet
cui vota ⁊ affectus ſuos cōmunicet. cui cōſcientie ſinum aperiat. ⁊ cui ad

UVA. BHSC. IyR_241_3

ſolatiũ ſuũ aliquid de moleſtijs irruẽtibꝰ euaporet. ſolus eſt qui ſine amico eſt. vere autẽ ſolus qꝛ ſi ceciderit nõ habet ſubleuantẽ. ex diuerſo quanta eſt iocũditas quãta ſecuritas habere cũ quo loquaris vt tecum: cui tui cordis archanũ ꝯmittere audeas: quẽ in intimis ſecretioribꝰ habeas vt teipſum: cui archana tui cordis plena ſecuritate reueles: q̄d deniq; deſiderabilius aut dulcius ꝙ̃ vt duoꝝ tanta ſit vnio animorũ ꝙ ſi alter corripiat ab alio vl' laudet nulla inueniat ira. nulla ſeditio nulla inter eos formidetur criminis adulationiſue ſuſpicio: nõ aqua. nõ igne. non aere pluries vtimur: ꝙ̃ amico. in om̃i actu. in om̃i ſtudio. in rebꝰ certis. in dubijs. in om̃i euẽtu. in ſecreto. in publico. in om̃i ſtudio cõſultatiõe. domi. foris. ⁊ vt multa paucis includã in omnibꝰ q̄ ad humanos pertinẽt actus gr̃a mutuo diligentiũ vtilis inuenitur. ⁊ ſic de amicicie diffinitione ⁊ eius cõmendatione maiorum dicta colligens breui ſermone trãſegi.

¶ Secunda pars.

AMicicie ſpecies tres ſunt iuxta numerũ bonorũ ⁊ amabiliũ. eſt eni bonũ ſimpliciter. eſt ⁊ bonũ delectabile. ⁊ vtile q̄ differũt ſpecie adinuicẽ nõ ſiquidẽ ſicut tres ſp̃es ex equo diuidẽtes aliq̄d genꝰ: ſed ſcḋm prius ⁊ poſterius ſe habentes. ⁊ qꝛ ſcḋm differentiã obiectoꝝ diuerſificãtur actus: cõſequẽs eſt ꝙ amationes ſcḋm hec tria differant. vt. ſ. alia ſit ſpecies amationis qua amatur aliquid ꝓpter bonũ ſimpliciter. ⁊ alia qua amatur propter delectabile. ⁊ alia qua propter vtile. ⁊ qꝛ amatio eſt actus amicicie: cõſequẽs eſt ꝙ ſint etiã tres ſp̃es amicicie eq̄les numero amabilibꝰ. quarũ vna eſt amicicia propter honeſtũ quod eſt bonũ ſimpliciter. alia ꝓpter delectabile. tertia propter vtile. in ſingulis. n. hoꝝ ſaluat ratio amicicie. quia ſcḋm vnũq̄dq; eorũ poteſt eſſe redamatio nõ latens. Sed cõſiderandũ ꝙ amicicie q̄ ſunt ꝓpter vtile aut delectabile: nõ ſunt amicicie per ſe ſed per accidens. quia non amatur hõ ſcḋm illud ꝙ ipe eſt: ſed ſcḋm ꝙ aliquid exibet. ſ. vtilitatẽ vel delectatiõnẽ. qꝛ tam illi q̄ amãt ꝓpter bonũ quod eis prouenit: ꝙ̃ etiã illi q̄ amant ꝓpter delectatiõnẽ: amãt ꝓpter id ꝙ percipiũt: ⁊ ita non amãt amicũ ſecũdũ ſeipſum: ſed ſcḋm ꝙ accidit ei. ſ. ſcḋm ꝙ eſt vtilis vel delectabilis. ⁊ ita non pertingũt ad verã ⁊ perfectã amicicie rationem. nõ eni amor nomine vel honore amicicie dignus eſt q̄ alicuiꝰ mũdane vtilitatis obtẽtu cõtrahitur. amicicia ſiquidẽ ipſa ſui cauſa eſt. ipa ſibi merces. ⁊ lõge ĩfra fines amicicie amor ille ſubſiſtit quẽ ſpes queſtuaria antecedit amicicia. quã mũdaria cupiditas introducit: fraudulẽta ẽ. nil verꝝ. nil ſecurũ aut ſtabile habet. bona hominis amat nõ hominẽ. amorem metitur ex queſtu. fortunã amplectitur nõ perſonã. nõ eſt perſone: ſed ꝓſperitatis amicus. q̄ quãto ꝓpinquior ⁊ cõſentanea eſt cupiditati: tãto longius eſt a vera amicicia relegata. amicicia quã vtilitas introducit: facile diſſoluitur. nõ eni ſemꝑ idem vtile eſt homini: ſed aliud ⁊ aliud ſcḋm

UVA. BHSC. IyR_241_3

diuerſa tempora ⁊ loca. ſicut in egritudine eſt vtilis medicus. in nauigan-
do nauta. qꝛ igitur in vtili amicicia non habetur amor ad hominē ſcd̄m ſe
ſed ad vtilitatē. conſequēs eſt vt diſſoluta vtilitate etiā amicicia diſſolua-
tur. amicicia quā vtilitas introducit plerūqꝫ eſt in ſenibus q̄ propter debi
litatē virtutis ⁊ ob imbecillitatē non delectabilia: ſed vtilia plerūqꝫ quere
re ſolent. conuenit nonnūqꝫ iuuenibus qui quādoqꝫ nō ſunt ſibi inuicē de
lectabiles: nec vnꝰ indiget ſocietate alterius niſi ſolum propt̄ vtile. hoſpi
talarij ⁊ peregrini propter vtile quod ex hoſpitalitate prouenit aut pegri-
natione ſeinuicē amare videtur. huiuſmodi enī intendūt in amicicia que-
ſtum. tales enī amicos diligūt ſicut bouē aut aſinū a quibus expectāt nō
grām: non pacē mentis captare: ſed lucrū. amicicia hec vtilis frequētius
ad diuites et magnates haberi ſolet quā ad pauperes. nullus enī erga in
opē diſſimulatorie agit vt ſpe cōmodi temporalis amicicias veras ſimu
let: ſed tāto purior eſt erga pauperē caritatis affectio: quāto nulla erga eū
ſubeſt adulationis aut ſimulationis atqꝫ vtilitatis cōtractio. diuites qui
dem aſſentatorie gratificantur a multis qui ſimulant ſe honeſti aut virtu-
tis gratia amare: cum ſola queſtus ⁊ vtilitatis gratia. ſe eorū amicos oſtē
tent. de quibus ſacra ſcriptura dicit. Diuitie addūt amicos plurimos: a
paupere autē ⁊ hij quos habet ſeparātur. ⁊ poſt pauca. multi colunt per-
ſonam potentis: ⁊ amici ſunt dona tribuentis. ſaltem apparenter.

AMicicia que eſt propter delectationē maxime videtur eſſe iuuenū qꝛ
viuunt ſcd̄m ꝙ ferūtur a paſſionibus. ⁊ cum paſſiones ad delectati-
onem vel triſtitiā terminētur: conſequens eſt ꝙ maxime ꝓſequūtur aliq̄d
qđ eſt eis delectabile ſcd̄m preſens tēpus. paſſiones enī pertinēt ad partē
ſenſitiuā q̄ maxime reſpicit preſens. amare enī aliq̄d ꝓpter hoc ꝙ ē ſubie
ctū delectationis in futurū: iā accedit ad rationē vtilis. huiuſmodi amici
cia facile mutat̄. qꝛ trāſeunte etate: alia fiunt delectabilia q̄ꝫ prius. nō enī
eadē ſunt in quibus delectantur pueri ⁊ adoleſcētes ⁊ iuuenes. ⁊ ideo ta-
les facile ſunt amici: et de facili ceſſant. qꝛ ſimul tranſmutato delectabili
tranſit amicicia. nihil enī ſemp idē delectabile homini. qꝛ natura nr̄a non
eſt ſimplex ſed eſt ex multis compoſita ⁊ ex vno in aliud trāſmutabilis in
quantū ſubiacet corruptioni. ⁊ ideo ſi homo ſecundū aliquā ſuam diſpo-
ſitionem agat aliquam actionem ſibi delectabilē. Hec delectatio eſt pre-
ter naturā hominis ſcd̄m alteram diſpoſitionem. ſicut cōtemplari eſt na-
turale homini ratione intellectus: ſed eſt preter naturā homini ratione or-
ganorum ⁊ imaginationis que laborant in contēplando. et ideo contem-
platio non eſt ſemper homini delectabilis. ⁊ ſimile eſt in ſumptiōe cibi q̄ ē
naturalis homini indigenti: preter naturam aut corpori iam repleto. cuꝫ
autē homo appropinquet ad contrariā diſpoſitionē: tūc qđ prius erat de
lectabile ſcd̄m precedentē diſpoſition: adhuc videtur triſtabile ſcd̄m ſub
ſequentē diſpoſitionē. quare ſi natura alicuꝰ rei q̄ delectatur eſt ſimplex ⁊

UVA. BHSC. IyR_241_3

immutabilis:eadē actio eēt ſemꝑ ſibi delectabiliſſima.puta ſi hō eēt ſolū
intellectꝰ.ſemꝑ ſpūs in cōtēplatiōe delectaretur.⁊ qr deꝰ eſt ſimplex ⁊ im
mutabilis:vnica ⁊ ſimplici voluptate gaudet quā.ſ.habet in cōtēplatiōe
ſui ipſius.ꝓpter delectabiliū igit̃ mutationē:amicicia q̄ ꝓpter delectabi
le eſt nō diu ꝑmanet vt ſacra teſtant̃ eloquia.ſodalis amico cōdolet cauſa
vētris:⁊ cōtra hoſtē accipiet ſcutū.quaſi dicat ſodalis amico condolet.i.
cōdolere i eiꝰ infirmitate ſe ſimulat cauſa vētris.i.cōmeſſatiōis:⁊ contra
hoſtē amici accipiet ſcutū q̄ſi eū defenſurus.i.ſi hoc aliq̄ faciat:facit ex
gula ⁊ nō ex vera amicicia.⁊ alibi.ē amicꝰ ſociꝰ mēſe:⁊ nō ꝑmanebit i die
neceſſitatis.quia eius amicicia fundat̃ in bono delectabili quo tranſeun-
te ſoluitur amicicia.

EſSt ⁊ alia amicicia viroꝝ bonoꝝ ⁊ ſibi inuicē ſimilium ſecūdū v̄tutē q̄
ſe inuicē gr̄a ſui mutuo amāt.⁊ talis eſt ꝑ ſe amicicia.ſunt.n.ſibi v̄tu
te ſimiles volūt ſibi inuicē bona ī quātū ſunt boni.ſunt aūt boni ſcd̄m ſeip
ſos.nā virtꝰ habētē ꝑficit ⁊ opus eiꝰ reddit bonū q̄re amicicia iſtoꝝ eſt ꝑ
ſe.ex quo fit vt tales ſint maxīe amici.nā qd̓ ꝑ ſe eſt.potius eſt eo ꝙ eſt per
accidēs.omi etiā alia amicicia ꝑmanētior eſt.nam tādiu ꝑmanet quādiu
virtus ex qua orit̃ q̄ ꝑmanēs eſt.ꝑfectā atq̃ cōplectā rationē amicicie ha
bēs.eſt.n.honeſta.vtilis.ac delectabilis.q̄ tria amicicie tribuunt ꝑfectio
nē.delectat̃.n.virtuoſus i oꝑationibꝰ ſimilibꝰ oꝑatiōibꝰ ꝓprijs.rōnabi-
libus.⁊ oꝑationibꝰ ſuis in nullo diſſonis.rara.n.eſt huiuſmodi amicicia
nam vera amicicia eſſe nō poteſt niſi ſe inuicē amici cognoſcant.non enī
oportet ꝙ vnus acceptet alium ad hoc ꝙ ſit eius amicus anteq̃ vnꝰ ap-
pareat alteri amādus:quod longo tēpore ⁊ mutua indiget conſuetudine.
nam ſi aliqui cito exibeāt alijs amicicie oꝑa:licet per hoc oſtendāt ꝙ vo-
lunt eſſe illis amici:nō ſunt tamē cito amici quouſq̃ ſciāt ſe inuicē amabi
les eſſe.cito enī eſt in homine volūtas amicicie:ſed nō cito in vera amici-
cia q̄s admittēdus eſt.cum enī amicū talē eē oporteat cui cor ⁊ oīa cor-
dis archana cōmittamus:prius eſt eligēdus.deinde ꝓbandꝰ.deniq̃ ad
mittēdus.demū ſumma tractandus reuerentia ⁊ continua deuotione co-
lendus.ad electionem pertinet vt nullus in amicū eligatur cuius opinio
alicuius criminis enormitate laboret.poterit tamen eligi ⁊ admitti ſi ali-
as ſit cōmendabilis vite ⁊ facile ſanari valeat a vicio quod mentem ⁊ mo
res eius cōmendabiles decolorat.Sūt autem quatuor vitia quibus pre-
clarus honor amicicie ſemper offuſcatur.Hec ſunt iracundia.inſtabili-
tas.ſui ſuſpitio.atq̃ garulitas.de iracundo dicit ſcriptura.Noli eſſe ami
cus homini iracundo.⁊ eadem ſubiungit ne ambules cum homine furio
ſo.et alibi.ira in ſinu ſtulti requieſcit.verum quidam ex proprie comple-
xionis naturalj conditione iracundi ſunt.ſi tamen motum animi vſq̃ ad
ea que teſtimonio ſcripture diſſoluunt amiciciam procedere nō ꝑmittant:
tales quando certa eſt affectio:patienter expedit tollerare.et exceſſum

UVA. BHSC. IyR_241_3

verbi aut opis blāde corrigēdo: ꝛ benigne docēdo: vel diſſimulare paciē-
ter: vel amabiliter indulgere. iracūdus ab amicicia relegaꝛ qꝛ ex ira ſolēt
oriri vicia q̄ amiciciā diſſoluūt. ſ. conuitiū. improperiū. ſupbia. reuelatio
ſecreti. ꝛ plaga doloſa. diſſoluit amiciciā conuitiū teſtāte ſacro eloquio. q̄
cōuiciatur inqt amico: diſſoluit amiciciā. verūtamē ſi amicus aliqua ſur
reptione ꝑuent⁹ verbū aliqđ triſte ꝓtulerit: in hoc et cōſimilib⁹ amiciciā
diſſolui nō expedit. idcirco cōuitiū caritatē vulnerat: qꝛ quidqđ ira inſti-
gante aliqs dixerit in amicū: verū eſtimatur. eo qꝙ ꝓlatū ſit a conſortio ſe
cretorū. improperiū vero deteſtabile eſt cū. ſ. quis falſa obiciēs ꝑfudit cō-
fuſibili robore inocētis faciē grauās ei⁹ opinionē ꝛ interi⁹ caritatē. ſup-
bia humilitati inimica eſt eo potiſſime deteſtāda qꝛ remediū penitēdi aut
humilitatē ꝯfitēdi excludēs: reddit hominē audacē ad iniurias: ꝛ ad cor
rectionē ꝛ cōſiliū contumacē. deniqꝫ miſterij vel ſecreti reuelatio execrabi
lis eſt amicis. ꝛ archanū denudās: om̄ia felle amaritudinis atqꝫ indigna
tionis cōmaculat. vnde ſapiens. q̄ denudat archanū amici: fidē perdit: ꝛ
non inueniet amicū ad animū ſuū. ꝛ paulo poſt. amici miſeriā denudare.
diſſipatio eſt animi infelicis. plaga doloſa morſus eſt ſerpētis vt ſapiens
ait. quaſi ſi ſerpēs mordeat in ſilētio: nichil eo min⁹ habet q̄ detrahit i oc
culto. Inſtabiles debēt eē ab electōe amicicie alieni. cū eni magn⁹ ſit ami
cicie fruct⁹ ſecuritas qua te credis ꝛ ꝯmittis amico: quomodo potes eē
de illius amore ſecurus q̄ circūfertur om̄i vēto: ꝛ in eadē volūtate vel etiā
ad modicū nō ſubſiſtit: ſuſpitioſi quoqꝫ lōge ſunt ab electione amicicie. ni
hil eni amicicie magis cōgruit qꝫ quedā pax ꝛ quieta trāquilitas cordis.
at ſuſpitioſum ſemp curioſitas inquietat. ſtimulos ſugerit. ꝛ multiplicem
turbatiōis materiā subminiſtrat. ſi eni amicū viderit alijs ſecretius allo-
quentē: ꝓditionē putat. ſi amicū ſe alij iocūdū ꝛ beniuolū viderit exiben
tē: ſe contēni extimat. correctionē amici: interpretaꝛ odiū. laudē: irriſionē
ꝛ ſic in om̄ib⁹ ꝑuerſus eſt. linguoſi ad amiciciā nō ſunt eligēdi. vir eni lin
guoſus nō dirigeꝛ i t̄ra. vnde ſapiens ſi videris hominē ꝓmptū ad loquē
dū: nō plus de eo ſperare poteris quā de ſtulto. tales eni eligēdi ſunt ami
ci q̄ n̄ris morib⁹ ꝛ n̄re honeſtati conueniāt. nā diuerſitates morū: neq̄quā
ad amiciciā ſunt apte. licet aūt iracūdia ꝛ inſtabilitas. ſuſpitio. ꝛ verboſi-
tas frequēter ſoleāt electionē amicicie impedire: tamē ab amicicie electi-
one nō ſunt repellēdi q̄ patiētia reprimūt iracūdiā. leuitatē debita graui-
tate coercent. q̄ vera dilectione ſuſpitiones euacuāt. ſed tāto deuotius ad
amiciciā eligēdi ꝛ amplectēdi ſunt: quāto fortius cohibēt vicia ꝛ pugnā
tes cōtra ſe voluptatib⁹ ꝓprijs dominātur. ꝛ qꝛ ad verā amiciciā vt dixi-
mus non cito admittēdi ſunt amici: ſed cum apparent amandi ac virtute
prediti. qđ longo tempore et mutua conſuetudine indiget: rara eſt huiuſ-
modi amicicia. nam viri boni longo tempore ꝛ mutua conſuetudine pro
bati: pauci reperiuntur.

UVA. BHSC. IyR_241_3

homines amici. nec etiã dignum reputatur quod aliq̃ habeant amiciciã cum hijs qui multum eſſe diſtant. naꝫ hij qui plurimũ ſupexcellũt hoĩes in bonis: non habent amiciciam cum eis vt conuerſentur et conuiuant: ſicut de ſubſtantijs ſeparatis ⁊ hominibus dicitur. nec qui multum a regibus deficinnt non ſe reputant digni regia amicicia. nec optimis et ſapientibus non fiunt amici qui ſunt omnino indigni. in quanta vero diſtantia amicicia permaneat: neſcitur. nam multis ſublatis ab vno adhuc remanet amicicia. ſi vero magna fuerit diſtantia vt angeloꝝ ad homines: diſſoluitur amicicia. et quia maximus bonorum exceſſus amiciciam diſſoluit: optanda ſunt bona amicis tanꝗ exiſtentibus hominibus: et non tanꝗ angelis et nimium excellentibus. ne nimia excellentia amicicia diſſoluatur. cum enim noſmetipſos maxime diligere teneamur: ⁊ cum maximum bonorum amici ſint: potius eorum amiciciam ꝗ illorum excellentiam qua amicicia diſſoluitur optare debemus vt ariſtoteles ſentit. ſed quouſꝗ amiciciam producere debeamus quaſi terminos diligẽdi: in dubium apud veteres vertebatnr. Tres enim antiquorum ſententias tullius narrat. Prima vt eodem modo erga amicum affecti ſimus quo erga noſ ipſos. Secunda vt beniuolentia noſtra amicorum beniuolentie equaliter reſpondeat. vt ſcilicet tãtum diligamus quantũ ab amicis diligimur.

Tertia vt quanti quis ſeipſum facit: tanti fiat ab amicis. vt ſiquis dignum magno honore ſe facit: magnificetur eodem honore ab amicis. ſed nulle dictarum ſententiarum ſentit tullius: non prime ob id ꝙ multa in amicorum cauſa facimus que in noſtra cauſa nunꝗ (vt dicit) faceremus. ſicut precari ab indigno. ſupplicare. vt ſi amicus in carcere a ſcelerato teneretur: ſupplicamus ⁊ ſceleratum vt amicum a carcere liberet ac eum veneramur que noſtri gratia non faceremus. ſed potius ſuccumberemus. inuehimur alquando in aliquem acerbius minando ſibi. pollicendo ſupplicia pro amico: quod pro nobis non faceremus. multeꝗ res ſunt in quibꝰ de ſuis cõmodis viri boni multa detrahunt detrahiꝗ patiuntur vt ijs amici potius ꝗ ipſi fruantur. Diſplicet eidem ſecunda ſententia vt par ſit ratio acceptorum et datorum. nam ditior debet eſſe vera amicicia nec obſeruare ſtricte ne plus reddat ꝗ acceperit. imitari enim debet agros fertiles qui multo plus ꝗ acceperint reddũt. Minus placet tercia ſententia vt tanti faciamus amicũ quanti ſe facit. ſunt enim multi qui ſe extimant contẽptibiles ⁊ animũ abiectum habent ꝓpter ſuam humilitateꝫ: qui ab amicis excitandi ſunt ad maiora. ſicut traditur de mario qui digne poſſet magiſtratus deſiderare: ſed non audeo inquit qm̃ agriculturam exerceo. huiuſmodi animus ab amicis excitandus erat. Diſplicuerunt vt diximꝰ ſententie predicte ciceroni. placuit tamen ꝙ amiciciam producere debeamus vſꝗ ad hoc vt omniũ rerũ noſtraꝝ conſilij ⁊ voluntatis cum amicis cõmunitas ſit. vt corpora quidẽ duo animus autem vnus amicoruꝫ eſſe

UVA. BHSC. IyR_241_3

debeat: ſine vlla exceptione. que ſententia ſacris conſonat litteris: que a-
micorum cor vnum et animam vnã eſſe dicit. ex cuius verbis colligitur
ꝙ ea bona que nobis optamus aut optare deberemus: ⁊ amicis optem⁹:
⁊ maiora aliquando ꝙ̄ ipſi ſibi optarent ſi illis bonis dignos eos cenſea
mus. eiſqꝫ maiora retribuere ꝙ̄ ab ipſis acceperimus. nec tamen diffinit
vtrum ſint eis bona excellentiſſima optanda quibus habitis amicicie ſe
quitur diſſolutio. ſed vt ex ſacris eloquijs colligitur: amicis maxima bo-
na exoptanda ſunt ſi ad ea digni reperiantur. ⁊ ſi minus digni ſunt. vt di-
gni efficiantur amicicie lege deſiderare debemus. nec verendum eſt ſcd̄m
diuinas regulas vt amici excellentia amiciciã diſſoluat. nam lex carita-
tis que ſacro atteſtante eloquio vera amicicia eſt: ſuperiorem humiliori
cohumiliat. vt qui ordine dignitate ſcientia preeminet. pleno humilitate
ſpiritu minoribus cõdeſcendat amicicia vera nõ gẽmis ornatur. nõ diui-
tijs impingatur. nõ tumeſcit honoribus. nõ amplis poſſeſſionibus dila-
tatur. in amico nature cõſideratur equalitas: nõ fortune circumpendẽtia
vel accidentia requirũtur. ſed ſic amicoꝝ paritas inter amicos vniuerſa
diſponit vt deſcẽdat ſublimis: humiliſqꝫ aſcendat: diteſcat pauper: diues
indigeat. ⁊ ex cõpari affectuũ cõmunione: fiat equalitas. ſicut ſcriptũ eſt
qui multum nõ abundauit: ⁊ qui modicũ non minorauit. lex amicicie tan
to reuerentius amicum ſuſcipit: ꝙ̄to maiori neceſſitate intelligit labora
re. Et ſic finit pars ſecunda de amicicie ſpeciebus.

Tercia particula.

PRius ꝙ̄ ad ſigna ac coniecturas quibus vera a ſimulata a
micicia veriqꝫ a fictis amicis ſeiungi ac diſcerni poſſunt ve-
niamus: eos qui a vera amicicia excluduntur enumerare cõ
uenit quo facilius vere et ſimulate amicicie pateat differen-
tia. ¶ Sciendum primo ꝙ niſi in bonis vera amicicia non
eſt vt diximus. cum enim amicicia aut virtus ſit aut virtutem conſequẽs
cuius improbi expertes ſunt: nec amici ſunt nec eorum amicicia eſt per-
manſiua. non enim bonis improbi ſimiles ſunt. que ſcilicet ſimilitudo et
factiua ⁊ conſeruatiua amicicie eſt. nec improborum amicicia permane-
re poteſt. homines enim mali nihil ſtabile. nihil firmum in ſeipſis habẽt.
malicia enim cui inſiſtunt ſecundũ ſe odibilis eſt. quare ad diuerſa vt eoꝝ
affectus varietur neceſſario eſt dum nihil inueniunt in quo voluntas eoꝝ
quieſcere poſſit. et ita nec ſibi ipſis diu ſimiles permanent: ſed contraria
volentes eorum que prius volebant: ad paucum tempus in amicicia per
manent. tandiu ſcilicet ꝙ̄diu in amicicia gaudent in qua cõcordant. nec
ſibi ipſis improbi nec alijs ſunt amici. non ſibi: quod ex eo patet quia nõ
ſunt beniuoli ſibi. nolunt enĩ ſibi bona. nã cũ ꝓpter multa ⁊ grauia ⁊ ma-
la que commiſerunt ab omnibus fere odio habeantur: ſibi ipſis graues

UVA. BHSC. IyR_241_3

PEr manet ⁊ durabilis eſt huiuſmodi amicicia. mutatur enim amici-
cia per hoc ꝙ vnus amicoꝝ inuenit in alio id ꝙ amicicie contraria-
tur. qđ in amicicia bonoꝝ contingere non poteſt. quia amicus non de fa
cili credit malum de amico quē multo tempoꝛe pꝛobauit: et nunꝗ inue-
nit eum aliquid iniuſtum facientē. In quo inuenit om̄ia quecūq reputan
tur digna ad verā amiciciam. vnde talis amicicia non diſſoluitur. pꝛoba-
tio enim amici. ⁊ longi tēpoꝛis cōmunicatio: atq mutua conſuetudo que
amiciciam ſtabilierunt: indiſſolubilē faciunt. vnde ſi fama aliqđ ſiniſtrū
de amico diuulgauerit: aut detractoꝛ aliquid turpitudinis abſenti iniūxe
rit: amicus nullatenus inclinari valet ad credendum. nulla moueri ſuſpi-
tione: nulla dubitatione mutari. qꝛ fides eius certa eſt ⁊ ſtabilis. legimus
enim in valerio maximo quidam ſugeſſiſſe platoni ꝙ ſenocrates ei multi
pliciter detraxiſſet. et hoc ipſum offerebat relatoꝛ iuramento firmare. cui
plato non eſt credibile ꝙ me non amet fideliter quē fideliter amo. cumq
criminatoꝛ inſtaret: plato ſubiecit. ⁊ ſi hec in me dixerit: hec ipſa expedire
mihi cognouit. egrotabat alexander. ⁊ de cōmuni ſententia medicoꝝ phi
lippus medicus ⁊ amicus eius ei medicinam ſuis confectam manibꝰ of-
ferebat. ſuperuenerūt littere parmenonis hoꝛtantis vt rex philippi caue-
ret inſidias: vtpote que darius pecunia coꝛrupiſſet. quibus lectis ille hau
ſit incūctanter: ⁊ contradidit philippo litteras ad legendum. ecce quan-
ta ſit ſtabilitas in bonoꝛum viroꝛum amicicia ſed in alijs amicicie modis
de quibus pꝛediximus quia nihil pꝛohibet ꝙ vnꝰ credat malum de alio.
et vnus iniuſtum faciat alteri: nec diuturnitas nec ſtabilitas eſt. vnde ta-
les amationes nec honoꝛe vt diximus nec nomine amicicie digne ſunt. ſꝫ
quia homines conſueuerunt tales vocare amicos: nos ſequendo cōſue-
tudinem cōmuniter loquentiū tales amicos nominamus.

EſT conſiderandū ꝙ ſecundū perfectam amiciciam q̄ eſt pꝛopter bo-
num virtutis iuxta ariſtotelis ſententiā non conuenit alicui eſſe mul
tis amicū. cum enī talis amicicia ſit perfecta: maximā habet ſimilitudi-
nem cuiuſdam ſuperabundantie in amando ſi conſideretur quantitas a-
moꝛis: ſed ſi conſideretur ratio amandi: non poteſt ibi eſſe ſuperabundan
tia. non enim cōuenit virtuti ⁊ virtuoſo ab alio virtuoſo qui ratione oꝛdi-
nat ſuos actus nimis amare. ſuperabūdans autem amoꝛ non eſt natꝰ fie-
ri ad multos: ſed ad vnum tantum. ſicut patet in amoꝛe venereo ſcꝫ quē
non conuenit vt vnus homo multas mulieres ſuperabundāter amet. per-
fecta igitur amicicia bonoꝛum ad multos haberi non poteſt. accedit ad
hoc ꝙ vere amici valde inuicem ſibi placent. ſed non eſt facile ꝙ ſimul ei-
dem multi valde placeant. quia nō multi inueniuntur in quibus non inue
niatur aliquid qđ diſpliceat homini aliqualiter affecto ꝓpter multos de-
fectꝰ hominū ⁊ cōtrarietates eoꝝ ad inuicē. ex quo fit vt dū vni multū pla
cet: alijs multū placere nō poſſit. foꝛte etiā nō eſſet expediēs vt vnꝰ homi

UVA. BHSC. IyR_241_3

ni valde multis placerēt.qꝛ dū multis conuiueret:nō poſſet ſibi intēdere.
In amicicia etiā pfecta oportet ex aſſuetudine experiētiā accipere(vt dixi
mus) de amico multis autē longo tpe cōuiuere ⁊ aſſue fieri vt experientia
cognoſcať amicus:nō facile eſt.in amicicia vero vtili vel delectabili nō re
quiritur lōgi tēporis expiētia:ſʒ ſufficit ad tales amicicias vt etiā in pau
co tēpore ſibi inuicē ſubminiſtrent delectationē aut vtilitatē.ex quo fit vt
amici vtiles aut delectabiles plures haberi poſſint:ſed nō amicicia q̄ eſt
bonoꝝ viroꝝ.refert.n.tullius ꝙ vix tria vel q̄tuor amicoꝝ paria in tot re
tro ſeculis ſtiterūt.ſʒ nemo mireť inter infideles pplos raros fuiſſe vere a=
micicie ꝓfeſſores.illū.n.ignorabant q̄ caritas eſt.q̄ amor eſt.cuiꝰ caritas
eſt in cordibus noſtris p ſpiritū ſcūm q̄ datus eſt nobis.verū vbi vox tur
turis audita eſt in terra nr̄a.vox annunciātis pacem annūciantis amici=
cie veritatē:atqꝫ dicentis hoc eſt preceptum meū vt diligatis inuicē:mul
ta millia hominū amicicias contraxerunt veraces.diligentes ſe inuicem
honeſtius.verius.ſanctius.prudētius.⁊ fortius.quā pilades ⁊ honeſtes.
nonne inter eos vera perfectaqꝫ erat amicicia.de quibus ſcriptū eſt multi
tudinis credentium erat cor vnum ⁊ anima vna.nec quiſqꝫ aliquid ſuū eſ
ſe dicebat ſed erāt illis oīa cōmunia:ceterū poſtqꝫ veritas proteſtata eſt
ꝙ maiorem dilectionē nemo habet vt animā ſuā ponat pro amicis ſuis:
pluralitas amicorū multiplicata eſt ſuper numerū.quot eni non ſolum de
trimentū rei familiaris pro fratribꝰ ſuis in xp̄o paſſi ſunt:ſed etiā crucia=
tus corporis gratanter amplectentes:ꝓ amicis animas poſuerunt.
EſT ⁊ alia amicicia preter predictas q̄ eſt ſcd̄m ſupabūdantiā:inq̄tū
vna perſona excedit aliam ſicut amicicia q̄ eſt patris ad filium.et ſe=
nioris ad iuniorem.⁊ viri ad vxorem.⁊ vniuerſaliter oīs imperātis ad
imperatum.⁊ iſte amicicie inter ſe differunt.nam cum non ſit idē opus pa
tris ad filium.viri ad vxorem.imperantis ad imperatū ⁊ ecōtra:non erit
eadem virtus.habitus.n.virtutū:per actus diſtingūtur.erūt igitur diffe=
rentes amicicie patris ad filiū ⁊ viri ad vxorem:cū alia ratio vir vxorem
amet:⁊ alia pater filium ⁊ filius patrem.Diſtinctio eni operū patris ad fi
lium ⁊ ecōtra:eo deprehenditur ꝙ filius nō debet a patre requirere reuerē
tiam ſicut pater a filio.⁊ ſicut in alijs amicicijs pro delectatione require=
batur delectatio.⁊ propter vtilitatē vtilitas.ſed quādo filij exibent paren
tibus que oportet exiberi principijs ſue generationis.⁊ parentes exibent
filijs que oportet exibere a ſe genitis:tunc talis amicicia erit virtuoſa et
permanſiua.hoc eni modo in hijs amicicijs exibetur qd̄ oportet exiberi:
quando melior plus amatur qꝫ amat.⁊ ſimilis ratio eſt de vtiliori ac dele=
ctabiliori vel qualitercūqꝫ aliter excellentiori.cum enim vterqꝫ amatur ſe
cundū dignitatem:tunc fit q̄dam equalitas proportionis que videtur ad
amiciciam ptinere.ptinet.n.ad amiciciā eq̄litas q̄dā qd̄ ex eo patet qm̄
ſi ſit multa diſtātia virtutis aut vitij vel cuiuſcūqꝫ alterius:non remanēt

UVA. BHSC. IyR_241_3

ſunt.ꝛ vita eſt ipſis tedioſa.nollēt itaq; eſſe nec viuere cognoſcētes ſe ho-
minib⁹ eē graues.ꝛ nōnunq̄ intantū fugiūt vitā ꝙ ſeipos interimūt.ami
ci ergo ſibi nō ſunt:cuȝ beniuoli nō ſint.nec benefici ſunt in ſeipſos mali.
nā cū bona ſimpliciṫ ea ſint q̄ ratio bona indicarit:et mali nō opentur ea
bona q̄ ipſis ratio indicat q̄ ſunt ipis bona:in ſeipos improbi benefici nō
ſunt.ꝑtermittunt.n.bene opari vel ꝓpṫ delectabilia ſenſus:aut ꝓpter pi-
griciā vel timiditatē:aut alijs ducti paſſionib⁹.duplicit.n.beneficētia in
ſeipſos ꝑuanṫ.inꝙtuȝ.ſ.opantur ſibi nociua:ꝛ inꝙtū vitāt ſibi ꝓficua.
deſidēt etiā mali ſibi ipſis.cū.n.ſeipſos interi⁹ intuenṫ:multa grauia ꝛ e-
normia q̄ in ꝑterito cōmiſerūt cernūt.ꝛ cū in eadē malicia ꝑmanere ſe vi-
deant:ꝑſumunt in futuro equalia aut maiora ſe crimina cōmiſſuros:qđ
eis doloroſum eſt.cū.n.in ſeipſis nihil inueniāt qđ amore dignū ſit:nihil
ad ſeipſos habēt amicabile.nec ſibi ipſis gaudēt nec condolēt.exiſtit.n.
eoꝝ aīa in quadā cōtentione cōtra ſeipſam.repugnat nāq; ſenſus ratiōi.
ꝛ ex vna parte dolet ſi a delectabilib⁹ recedat ꝓpṫ maliciā in eo dn̄anteȝ
q̄ cauſat huiuſmodi triſticiā i parte ſenſitiua:ex alia parte delectaṫ ſcđm
ratiōnē q̄ indicat mala eſſe vitāda.ꝛ ſic pars vna trahit malū hominem
ad vnā ꝑtē:ꝛ ꝑs alia trahit ad aliā.ac ſi aīa eius in diuerſas partes diui
datur ꝛ cōtra ſeipſam diſcrepet.ꝛ ſi nō ſit poſſibile ꝙ homo malus ſimul
de eodē doleat ꝛ delecteṫ:tamē parū poſt delectationem triſtatur de hoc
ipſo ꝙ delectat⁹ eſt:ꝛ vellet huiuſmodi delectabilia nō recepiſſe.ꝛ quia ſi
bi mali deſident ꝛ triſtātur cū ad cor reuertūtur ꝓpriū:querūt alios cum
quibus cōmorentur colloquēdo:ꝛ operādo:ꝓpterea ꝙ cū ſunt cum alijs
diffundūt ſe ad exteriora ꝛ obliuiſcūtur ſuoꝝ maloꝝ.ſibi igitur mali ami
ci nō ſunt.nec amici ſunt alioꝝ nec alijs concordāt.nolūt.n.ſupabundan
ter habere in bonis vtilibus ꝛ minus in laboribus q̄ cōmuniter immīnēt
ſuſtinēda.et dū ſupabundare in bonis ꝛ deficere in malis volūt:impellūt
ꝓximū vt adipiſcātur qđ ipſi nolunt.ꝛ dū nō ſeruāt cōmune bonū qđ eſt
iuſticia:deſtitituitur inter eos communicatio cōcordie.ꝛ ſic accidit inter
eos cōtentio. Amicicia igiṫ a prauis hoibus relegatur.ꝙ ſi conditiones
ſinguloꝝ vicioꝝ cōſideremus:conſtabit liquido vicioſos nec beniuolos
nec amicos eſſe alijs.appetit.n.ſupbus excellentiā inordinate.auar⁹ in-
ordinate diuitias.inuidus dolet de ſecundis rebus alterius que nihil ei
nocent.ꝛ ſic cū nec vere bonum ſibi nec alijs operentur et velint:nec ſibi
nec alijs amici ſunt.

SImulator ꝛ fictus amicicie noīe dignus nō eſt:verbis eni ſimulātes
corde fidi amici nō ſunt.nā vt cicero ait nulla amicis peſtis maior
q̄ adulatio aſſentatio ꝛ blandicie leuiū hominū ad voluptatē loquentiū
oīa nihil ad veritatē.nā cum in omnibus rebus ſimulatio vitioſa ſit:q̄a
tollit iudicium ꝛ cognitionē veritatis:tamē amicicie maxime repugnat.
delet enim veritatem ſine qua amicicia eſſe non poteſt. nam niſi amicoꝝ

UVA. BHSC. IyR_241_3

aptum pectus videamus noſtraq; oſtēdamus: nihil fidū: nihil exploratū
habem⁹. nec amare quidē nec amari poſſum⁹ cū an vere fiat ignoram⁹.
amicorum etiam cum idem ſit cor ⁊ animus. ⁊ idem velle atq; nolle: cum
in aſſentatoribus cor duplex ſit: nec animo ſentiūt qđ lingua exprimit: cū
huiuſmodi aſſentatorib⁹ vnū cor ⁊ anima vna eſſe nō poteſt. ſed animus
varius ⁊ mutabilis ⁊ multiplex. modo penes hominē militarē laudibus
militiā extollūt. penes medicū ſcientiā medicine laudant ⁊ militiā vitupe
rant. ad alterius nō modo ſenſum ac voluntatē ſed vultū ac nutū conuer
tūtur. iuxta illud gnatonis apud terentiū. negat qs: nego. ait: ago. multi
deteriores ſunt illo gnatone. qm̄ gnato fidem in ſimulatiōib⁹ nō habuit:
ſʒ pleriq; auctoritate familie. diuitiaꝝ: aut ſimulate ſanctimonie: decipiūt
Deteriores eni ſunt ficti amici ꝙ̄ qui nūmos falſificāt ꝙ̄to amicicia nū-
mi ꝫ ꝓcioſior eſt. nō blandicijs leniendi ſunt amici ſiquid rationi deuium
egerint: ſed obiurgandi. ⁊ manifeſtanda eſt eis veritas. ⁊ hec amice acci-
pienda ſunt cū beniuole fiūt. illud autē terentij obſequiū. i. cōplacentia a-
micos veritas odiū parit: de vulgari amicicia intelligendū eſt. nam vul-
gares homines ⁊ ignorātes oderunt veritatē: ideo amant aſſentationeʒ.
quare incorrigibiles efficiūtur. nā cuius aures clauſe veritati ſunt vt ab
amico veritatē audire nequeāt: huiuſmodi ſalus deſperāda eſt. nā meli⁹
eſſet plures inimicos ꝙ̄ aſſentatores habere. nā aſſentatorū cauſa multa
ſcelera admittimus: ſed inimicoꝝ grā virtuti operā damus ne de nobis
maledicere queāt. ſimulatio ſiquidē ⁊ aſſentatio: due virulētiſſime peſtes
ſunt q̄ ſemper ꝓcul ab amicicia relegentur. nā iuxta ſapientis verbū ſimu
lator callidus. i. aſtutus: ꝓuocat iram dei. ſcriptū eſt etiā per ꝓphetā. po
pule meus qui te letificāt in errorē inducunt. viam greſſuū tuoꝝ diſſipāt.
⁊ ſalomon. ſimulator ore decipit amicū ſuū. quare ſiquid vicioſum in ami
co deprehēderis: prius occulte corripe. ꝙ ſi te nō audierit corripe ipſum
palam. ſi vero ſe ledi putat tu tamē eū corripe. tollerabilia enim ſunt ami-
ci vulnera: ꝙ̄ adulantiū obſequia. amici ergo correctio tota de medullis
anime ⁊ de iuſticia ⁊ compaſſione procedat. vt ſic ſe habeat amici corre-
ctio: ſicut circa ſe ꝓpheta deſiderat fieri dicens. vtinam corripiat me iu-
ſtus in miſericordia ⁊ increpet me. ⁊ ſicut ſimulatio ⁊ aſſentatio intoſſicāt
amicicie puritatē: ſic ⁊ diſſimulatio inter amicos nōnunq̄ parit ⁊ nutrit
affectuū puritatem. eſt enim quedam diſſimulatoria ſeu diſpenſatoria cor
rectionis dilatio. pro loco. pro tempore. pro perſona. nam ſi amicus pu-
blice ⁊ in palpebris cōmunis fame deliquerit: nō eſt ſubito obiurgādus:
ſed quantū ſalua lege amicicie fieri poteſt decet nos eius diſſimulare aut
accuſare erratum. ⁊ ad correctionem eius exquirere tempus oportunum
⁊ familiare ſecretum. dum enim ex turbatione recēti adhuc eſt inquietior
animus: agere cauta diſſimulatione opus eſt: donec mentis nubilo ſere-
nato auris pacatior verba blande monentis admittat. excludunt igitur

UVA. BHSC. IyR_241_3

vt diximus aſſentatio ⁊ diſſimulatio amiciciam veram.

QUi enim vt oſuri amant (vt ſentit cicero) amicicia expertes ſunt. nec vlla vox amicicie magis inimica eſt q̃ꝫ eius qui dicit amo ſed aliq̃ndo inimicus ero. nõ enim videtur vere amare qui putat inimicari amico aliquando poſſe. optabit enim ꝙ huiuſmodi amicus ſepiſſime peccet vt inimicicie tempore ipſum arguere ac reprehendere poſſit: quod amicicie repugnat. ⁊ huiuſmodi amicuꝫ neceſſe eſt angi de recte factis cõmodiſqꝫ amicorum dolere ⁊ inuidere. Amicicia vera nunq̃ꝫ a ſua eternitate degenerat. qui enim amicus eſt ſemper diligit: ⁊ in conſeruatione amicicie cogitat ⁊ permanentia: non in diſſolutione. amicicie igitur dignitate carẽt qui vt oſuri amant.

DIſcretione etiam opus eſt vt ſit amicicia. diſcretio eniꝫ inter amicos plurimum neceſſaria eſt. ſicut enim nauis ſine remige: ſic ſpiritus amicoꝝ ſine diſcretione motu quodam irrationabili ⁊ inſtabili circũferuntur. tales enim ſunt qui leues amicorum erratus ferunt impatienter. auſtere corripiunt. ⁊ in ſuis atrocibus precipites negligunt. magna ira contra minima inflammantur: ⁊ omnia confundentes nõ locum aut tempus ſeu cauſam ignorantie aut neceſſitatis attendunt. tales enim ex indiſcretione neſciunt quibus quã rem publicare debeant aut celare. in quibus ꝓ amico triſtandum ſit vel in quibus congratulandum. in quibus deniqꝫ corripiẽdum aut in quibus ⁊ qualiter tollerandum: diligenti cautela ⁊ exquiſita examinatione diſquirendum eſt. ꝙ ſi quẽpiam imprudentem ⁊ indiſcretum videris: ab amicicia relegatum iudicare potes. nam cum amicicia aut virtus ſit aut nõ ſine virtute: ⁊ prudentia mater virtutis ſit: vbi prudentia ⁊ diſcretio abeſt: nulla vera virtus: nullaqꝫ permanet amicicia. indiſcretio igitur amiciciam exterminat.

FIdes ideſt fidelitas amiciciam fundat et eius perfectionem complet. vbi igitur fides non eſt: amicicia non eſt. nam ſicut aurũ in conflatorio: ſic in neceſſitate probatur amicus. ſcriptum eſt enim in neceſſitate probatur amicus. in anguſtijs enim latere fides non poteſt. latet enim fides in proſperis. diuites enim et tiranni ſimulatione dũtaxat ⁊ ad tempus coluntur. ꝙ ſi forte (vt fit plerumqꝫ) ceciderint: tunc intelligũt quãtum fuerint inopes amicorum. nam fortuna cecos plerumqꝫ efficit quos fuerit complexa. nec qui ſint veri amici cognoſcere ſinit. tũc enim fidi ab infidelibus ſecernuntur: cum neutris gratiam referre poſſumus. nam qui fidus eſt om̃i tempore diligit. qui vero ſimulatorie amat in proſperis: aduerſarius erit in aduerſis. nam vt ſcriptura dicit: frater in anguſtijs comprobatur: qui igitur fidem non ſeruat amicicie capax non eſt. eliminat enim infidelitas amiciciam. Et ſic de his que a vera excluduntur amicicia aliqualiter diximus.

UVA. BHSC. IyR_241_3

SEd quibus ſignis veri a fictis amicis diſcernūtur nūc dicēdū reſtat
Difficile namq̄ꝫ eſt q̄ vere et q̄ ſimulate amēt iudicare. amare. n. cor-
dis (vt ita dicā) ⁊ volūtatis opus eſſe nemo ambigit. q̄s. n. cor hoīs plene
ſcrutari ⁊ cognoſcere poteſt: cū prauū ⁊ inſcrutabile ſit: volūtates homi-
num nubilas ⁊ obſcuras: q̄s nouit: ob id nō leue eſt verū amicū a ficto di
ſcernere. licet enī is q̄ alicui vult ⁊ opatur bona illius grā ⁊ ei delectabilit̄
cōuiuit cenſeatur eius amicꝰ: nō tamē ſufficiēter exteriora opa bona: ami
ciciā nobis demonſtrant: cū nōnunq̄ꝫ opationes amicabiles ⁊ q̄ veram ſi
gnificare amiciciā ſolent: ex alio fonte q̄ꝫ ex vera amicicia oriūtur. quare
longo tēpore ⁊ mutua cōſuetudine opus eſt ad veros ⁊ virtute preditos
amicos cognoſcendos. vt in ꝓuerbio. prius illud ſal comedendū eſt q̄ꝫ ſe
cognoſcāt. ſꝫ ſi quoq̄ꝫ modo amicicia cognoſcitur: ex opibus nota eſt. ꝓ
batio enī dilectiōis: exibitio opis eſt. quare ex opibus ⁊ effectibꝰ quaſi q̄-
buſdam ſignis iudicat̄ amicicia. ſicut ſacro docēte eloquio cognouimꝰ.
apoſtolus enī cū caritatē q̄ vera amicicia eſt cōmendaſſet. eiꝰ effectus ex
primit ⁊ enumerat: quos cū plene intellexerimus verā a ficta amicicia ſe-
iūgere ⁊ diſcernere poſſumus. ait. n. Caritas patiens eſt. benigna eſt. cari
tas nō emulatur. nō agit ꝑperā. nō inflatur. nō eſt ambicioſa. nō querit q̄
ſua ſunt. nō irritat̄. nō cogitat malū. nō gaudet ſup iniq̄tate. cōgaudet enī
veritati. oīa ſuffert. oīa credit. oīa ſperat. ex patiētia amicus cognoſcitur.
nā amicus verꝰ ad cōuicia patiēs eſt ⁊ ad minas. honorē amici honori ꝓ
prio anteponens. ſi enī quādoq̄ꝫ incauta ſecreti reuelatiōe vel aliqua leui
trāſgreſſione amicus offendat: patiēter tollerat. ipſe enī in letis. triſtibꝰ. ī
quolibet vite ſtatu ſe prebet equalē. intuēs eodē oculo amicū. diuitem vel
mendicū. fortē aut debilē. ſanū aut egrū. humilē aut ſublimē. patiēter ⁊ ſi
ne murmure aduerſa ꝓpter amicū tollerās. vrgebat. n. ſaul ionatā conui-
ciis: vrgebat terribilibuſq̄ꝫ minis: niſus eſt ionatā lancea parieti confode
re: ⁊ improperia ionate ſupaddēs: vocauit eū filiū mulieris vltro virū ra
piētis. ſed ad hec cōuicia clipeo patiētie munitꝰ ꝑmanſit interritꝰ. nec a
beneficētia dauid amici deſtituit. oīa enī imania ⁊ difficilia: facilia ⁊ ꝓpe
nulla facit amor. ſed vbi caritas ⁊ amicicia vera nō eſt: nihil patiēter aut
equanimiter tollerat̄. ibi enī inſtabilitas. ſuſpitio. emulatio. ꝯtētio ⁊ odia
ſunt. archana ꝓduntur: ⁊ amaritudinis felle cōmaculantur omnia. effe-
ctus ⁊ ſignum vere amicicie patientia eſt.

BEnigna ē caritas. benignitas dicit̄ q̄ſi bona igneitas. qđ fit qn̄o ex
igne caritatis animꝰ hoīs liq̄ſcit ſic q̄ꝫ bona habita nō ſibi ſoli reti-
net: ſꝫ ad alios extēdit ſine difficultate ⁊ dilatōe. ⁊ monitis ſacris parēs:
ꝑdit pecuniā ꝓpt̄ amicū: ⁊ eiꝰ cōmodis ⁊ neceſſitatibꝰ exibet. nunq̄ꝫ ami
co improperās. quotienſcūq̄ꝫ amico donat: nō auertit faciē. nō frontē ob
ducit. nō oculos deponit. nō mercedē expectat: ſꝫ ilari vultu: ſerena facie
⁊ ſmone iocūdo: cōdire ſtudet munificentiā ſuā. ex benignitate igit̄ cari-
tas q̄ vera amicicia eſt cognoſcit̄ ſicut ex eius effectu ⁊ ſigno.

UVA. BHSC. IyR_241_3

NOn emulatur. vera amicicia emulationē non ſecū cōpatitur. que cū
ſit dolor de ſecūdis ⁊ proſperis rebꝰ alterius que nihil nocent inui-
denti: vera amicicia emulari nō ſinit. nā cum amare ſit velle bonū alicui
illius nō ſui gratia eiuſqꝫ eſſe factiuū inquantū poteſt: vbi amor eſt: emu-
latio non eſt. auxiliamur. n. amicis. eis delectabiliter cōuiuimus. eis gau
dentibus gaudemus ⁊ flentibus flemus. cōſolatur caritas ⁊ amicicia af-
flictos. lapſos erigit. cōpatitur patientibus. docet ignaros. propriā re-
putat deſolationē alterius. ſuſtinet diſcolos. puſillamines roborat. ꝗ om
nia liuori ⁊ inuidie repugnāt. liuidus igitur amicus non eſt.

NOn agit perperā ideſt ꝑuerſe. diſſonat caritati ⁊ amicicie ꝑuerſitas
cum aut virtꝰ ſit aut virtutē cōſequens vt diximus nā ꝑuerſe agēs
ſimul cū virtute amiciciā ꝑdit. nā ſi ꝗs amicū vt bonū ſuſceperit ⁊ malus
poſt fiat: amore dignꝰ nō eſt. cū amabile non ſit niſi bonū. malos. n. ama
re non cōuenit. erubeſcant nomen vere amicicie profiteri ꝗ eam vitiorū a
ſenſu vel cooperatione cōmaculāt. porro qui nō amat: amicus nō eſt. illi
aūt nō amāt ꝗ amāt iīqtatē. immo illā ꝓculdubio animā odit cuiꝰ amat
iniquitatē. ita nec alterius animā amat: nec ſuā ſꝫ tamē ſi quos vt bonos
in noſtrā ſuſcepimus amiciciā qui poſt mali efficiātur: nō cito eſt diſſoluē
da amicicia: ſed cū incorrigibiles ⁊ incurabiles propter prauitatē fiunt.
ſi tamen corrigibiles appareāt: non ſunt eis amicicie beneficia ſubtrahē-
da: ſꝫ potius eſt eis auxiliādū ad recupationē virtutis ꝙ̄ ad recupationē
pecunie: quāto virtus amicicie ꝓpinquior eſt ꝙ̄ pecunia. nō igit̄ peruer-
ſa amicicia agit ex actiōe igitur ꝑuerſa ficta a vera diſtinguitur amicicia

NOn inflatur. non eſt ambicioſa amicicia vera ab om̄i tumore ſuꝑbie
aliena eſt. ab om̄i inordinato appetitu ꝓprie excellentie. lex. n. ami-
cicie ſuperiorem inferiori cohumiliat. vt qui ordine dignitate vel ſcientia
preeminet: minoribus condeſcendat. ⁊ tanto reuerentius amicū ſuſcipit:
quāto maiori neceſſitate intelligit laborare. maximum eſt in amicicia ſu-
periorē parē eſſe inferiori. ꝙ ſi ꝙ̄ preſtantiā virtutis. ingenij. fortune. con-
ſecuti ſunt: impartiāt eā ſuis. cōmunicētqꝫ cū amicis. vt ſi parentibꝰ na-
ti ſunt humilibꝰ: ſi ꝓpinquos habeāt imbeciliores vł animo vel fortuna.
eoꝝ augeāt opes. eiſqꝫ honori ſint ⁊ dignitati. fructꝰ. n. ingenij ⁊ virtutis
om̄iſqꝫ preſtantie tunc maxime capitur: cū in proximū queqꝫ confertur.
vt igitur ꝗ ſunt in amicicie coniūctionis neceſſitate ſuperiores ſe equare
cū inferioribꝰ debēt ſic inferiores dolere nō debēt ſe ſuis amicis ingenio
aut fortuna. aut dignitate ſuꝑari. Jonate imitantes exemplū. Jonathas
amicus dauid non ſuceſſionē in regno: nō patris cōminationē attēdens:
ſeruū ſui patris quē amicicia ſuſcepat a pr̄e fugatū. morti aditū. in nemo
re abſcōditū. ſibi ad regni gloriā preferebat. tu eris inquit rex ⁊ ego ero ſe
cundus poſt te. venerandū amicicie verbū ⁊ admiratione digniſſimū au-
diamus. ſaul dauid querebat ad mortē. ⁊ proditiōis arguens ſacerdotes

UVA. BHSC. IyR_241_3

ſolo ſuſpicionis intuitu trucidabat. rupes. mõtes ac valles militibus ob
ſidebat. omeſq; principes in dauid coniurare cõpellebat. ſolus ionathas
qui dauid quaſi emulo ⁊ exhereditario ſuo inuidere poterat aut offendere:
reſiſtebat patri. defendebat amicũ. prebebat afflicto ſolaciũ. ⁊ amiciciam
regno preferens: nulla pulſabatur ambitione. honores imperia magiſtra
tus amicicie poſtponens. caritas igitur que vera amicicia eſt ambitioſa
nõ eſt. quare ambitio ſimulate amicicie ſignum eſt.

NOn querit q̃ ſua ſunt. vera caritas atq; amicicia nõ ꝓpriã ſed cõmu
nem querit vtilitatẽ. cõmunia enĩ q̃ amicoꝝ. nam licet amicicie cul-
toribus multa vtilia ex ipſa oriri ſoleant: vera tamen amicicia fruct⁹ ſuos
in ſeipſa cõſtituit. omnẽq; ſpem futuri obuctus inenarrabili liberalitate p̃
currit. eſt enĩ amicus man⁹. oculus ⁊ baculus ſuſtẽtionis amici. in angu-
ſtijs refugiũ ⁊ portus. nam quoꝝ vna ẽ volũtas ⁊ aĩa (vt eſt amicoꝝ) vna
eſt etiã pecunia. curãt enĩ amici officio ſe inuicẽ preuenire. vt q̃ accipit po
tius videatur grãm p̃ſtare q̃ ille qui dedit. nõ igit̃ ſua querit amicus cõ-
moda: ſed amicoꝝ. verã igitur demõſtrat amiciciã q̃ amicoꝝ intẽdit com
modis: ſicut ficte videtur amare q̃ ꝓpriã intendit vtilitatem.

NOn irritatur. ideſt. non ꝓuocat ad irã. ira enim eſt appetitus vindi-
cte ꝓpter paruipẽſionẽ. nõ enim amicus ver⁹ paruipẽdit: ſed mag-
nifacit amicos. cũ ſit amicicia diuitibus gloria. paupibus ꝓ cenſu. exuli
bus ꝓ patria. imbecillibus ꝓ virtute. medicina egrotis. mortuis ꝓ vita
nihil comparandũ amico fideli vt ſacra teſtantur eloquia. magnifacien-
dus igitur eſt amicus. ſic enĩ vere amicus faciẽ amici reueretur: vt aures
vel oculos ei⁹ verbo ſeu geſtu nõ offendat. optim⁹ amicicie comes orna-
mentũ ei⁹ p̃cioſiſſimũ: verecũdia eſt. ex aduerſo perẽptoria ei⁹ eſt inuere-
cũdia. vnde pleriſq; accidit q̃ cũ iracũdie ignis in eoꝝ cordib⁹ cõceptus
iam ꝓdiret in publicũ ad fauces: ſuperuenĩẽtis aſpectus amici ſe dabãt.
nõ irritatur amicicia. ficte igit̃ amicicie ſignũ eſt amicos irritari.

NOn cogitat malũ. cum enim amicicia beniuolentia ſit qua amicis
⁊ bona volumus ⁊ operamur: verus amicus qui amicis bona vult
mala eis non cogitat vt. ſ. perficiat. amicorum enim mens quaſi in petra
ſolidata eſt. nec maledicentibus credit aut in modico conſentit. nec cogi-
tationi malũ adeſſe poteſt q̃ amicicia dirigit̃. cũ enĩ a corde cogitationes
oriantur (iuxta veritatis verbum) a corde amore pleno praue cogitatio-
nes minime diriuantur. bene cogitare ad amicum amicicie vere ſignum
eſt: ſicut ⁊ male amicicie ſimulate.

NOn gaudet ſup iniq̃tate. cõgaudet autẽ veritati. ſ. ꝓximi vite. ſ. iuſti
cie ⁊ doctrine. gaudet. n. q̃ caritatẽ habet in opibus ratione ⁊ lege di
uina ordinatis: cũ ſuis operib⁹ ſimiles ſint nec cũ aliquo diſſone. ſicut ſibi
diſſonans ⁊ cõtrarias aſpernatur atq; odio habet. ſicut bonitas maliciã
odit. tẽperantia libidinẽ. ignauiã fortitudo. ⁊ in rebus iniuſtis iuſti maxi-

UVA. BHSC. IyR_241_3

me dolent. hoc eni ꝓpriũ eſt animi bene inſtituti: ⁊ letari de bonis ⁊ de cõ
trarijs triſtari. cũqꝫ caritas que vera amicicia eſt animũ bene inſtituat at-
qꝫ inclinet: veritati gaudent ꝙ vere amici ſunt: ⁊ ſuper iniquitate dolent et
triſtantur. verã igitur amiciciam demonſtrat ꝙ gaudet de veritate: ſicut fi
ctam ſignificat amiciciã qui de iniquitate letatur.

Omnia ſuſtinet. ſ. infirmitates amici. ideoqꝫ ꝙ vel leſus deſinit diligere
quẽ amauerat: amicꝰ in veritate nõ fuit. ille nimirũ lõge eſt a lege ami
cicie: qui hodie amat ⁊ cras deſinit. hodie laudat: cras vituperat. hodie
blãditur: cras mordet. hodie prõptus ad oſcula: cras ad improperia cu-
ius amicicia leuiter cõparatur ⁊ leuiter inſufflatur offenſa. vera itaqꝫ ami
cicia ſolida eſt. in oĩbꝰ amici infirmitatibꝰ humerũ ponit. grauiꝰ ex cõ
paſſione affligitur qꝫ ex paſſione amicꝰ. audi apoſtolũ. quis infirmatur: ⁊
ego non infirmor: quis ſcandalizatur: ⁊ ego non vror: in ſupportatione in
firmitatum probatur amicicia. ſignũ igitur vere amicicie eſt proximi in-
firmitates ſuſtinere.

Omnia credit. oĩa ſperat. nam cũ amicis omino nos cõmittamꝰ atqꝫ
credamus. De illis ſumus abſqꝫ nulla ſuſpitione ſecuri. credimꝰ enĩ
omni eoꝝ verbo atqꝫ oĩa que ab eis promiſſa ſunt ſperamus. nec dilati-
one ſperandarũ rerũ frangimur: ſed longanimes in ſperando ſumus. vbi
enim due mentes in vna volũtate conflãtur: vbi eſt ſinceritas affectionũ:
mutua obſequia honeſtarũ rerum: crebra collatio: paritas voluntatũ: iu-
gis immutabilis fides: oĩa credunt ⁊ ſperant. nec moleſta eſt ſperãdaꝝ
rerũ dilatio. ſignũ igit̃ vere amicicie ẽ ⁊ amico credere ⁊ eiꝰ ſpare ꝓmiſſa.
ꝙ vero dubitat nec certã tenet ſpem: amicũ ſe ſimulat cũ non ſit.

ALiud amicicie ſignũ eſt archanorũ cõmunicatio ⁊ in alterius volun
tatis mutua obſequella. vnde veritas in euangelio. Uos autẽ dixi
amicos quia oĩa quecũqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. et rurſus
vos amici mei eſtis ſi feceritis que ego precipio vobis. dedit nobis veri-
tas formã qꝫ ſequamur. vt ſecreta inuicem reuelemus. ⁊ amicorũ volunta
tem mutuo faciamus. cum enim amicorũ cor vnũ ſit atqꝫ vnus animus:
vt proprie anime ⁊ cordi nemo ſua ſecreta ⁊ viſcera claudit: ſic nec claudũ
tur amicis. ſignum igitur vere amicicie eſt ⁊ ſecreta amicis reuelare ⁊ vo-
luntatem amicorum facere. ꝙ abſcondit ſecreta nec amico obſequitur nec
complacet: amicũ ſe falſo ſimulat.

SUnt ⁊ alia vere amicicie ſigna ꝙ ex diuinis eloquijs colligi poſſunt.
ſignum enim vere amicicie eſt ⁊ de amico libenter loqui audire et eiꝰ
verba memoriter tenere. vt in canticis. ſonet vox tua in auribus meis eſt
enĩ vox tua dulcis ⁊ facies tua decora. ⁊ ĩ eiſdẽ canticis anima mea lique
facta eſt vt dilectus locutus eſt. ⁊ in euangelio veritas ait. ſiqs diligit me
ſermonẽ meũ ſeruabit. i. memoriter tenebit. nam meminerunt oĩa aman
tes. frequẽtare etiã amici locũ ſignũ amicicie eſt. vñ veritas ad amicos. ⁊

UVA. BHSC. IyR_241_3

ad eū veniemus ⁊ manſionē apud eū faciemus. nhil eni tā ꝓpꝛiū amicoꝝ
q̄ʒ ſimul viuere. eſt eni aſpectus amicoꝝ dulciſſim⁹. aſſidue etiā cogitare
de amico ſignū eſt amicicie. vnde eadē veritas. vbi eſt theſaurus tuus ibi
⁊ coꝛ tuū. oīa. n. q̄ ex amoꝛe ꝓcedunt dulcia ſunt. delectamur. n. in cogitā
do de amicis. ꝓcedit ei illa cogitatio ex amoꝛe. ſignū etiā amicicie ē q̄n̄o
q̄s munera q̄ ſuſcipit magis apꝛeciatur ꝓpter illū qui donauit q̄ʒ ꝓpter
valoꝛē doni. vnde veritas. ſermonē quē audiſtis nō eſt meus ſed eius qui
miſit me. quaſi dicat q̄ me vere diligitis nō ſolū extimare ⁊ diligere debe-
tis ſermones meos ꝓpter eoꝝ vtilitatem: ſed ꝓpter eum a quo ꝓcedunt.
munuſculoꝝ etiā largitio amoꝛē ſignificat. cōſueuerūt eni amici in ſignū
amoꝛis largiri ſibi inuicē munuſcula. vnde veritas mun⁹ pacis in ſignū
amoꝛis reliquit amicis dicens. Pacē meā do vobis. pacem meam relin
quo vobis. Triſticia etiā de receſſu ⁊ amici abſentia ſignū amoꝛis eſt. vn
de ſaluatoꝛ. nō turbetur coꝛ veſtrū nec triſticia oppꝛimatur ꝓpter meā ab
ſentiam. Leticia quoq̄ʒ in exaltatione amicoꝝ cum amici eiſdē letentur ⁊
triſtentur: amiciciā ſignificat. vt veritatis voce cognouimus. ſi diligere-
tis inquit me gauderetis vtiq̄ʒ quia vado ad patrē qꝛ pater maioꝛ me eſt.
quaſi dicat qꝛ vado ad bona potioꝛa gaudere deberetis. bꝛeue tēp⁹ exti-
mat etiā ſi longum ſit quo cum amico cōmoꝛatur qui vere diligit. Unde
in euāgelio. iam nō multa loquar vobis. quaſi dicat pꝛe amoꝛis magnitu
dine bꝛeue tēpus viſum eſt quo allocutus ſum vobis. ⁊ vt conſonātia hu
manoꝛum cū diuinis eloquijs circa amicicie ſigna pateat. hec ſigna ami
cicie vltimo poſita: diuinis munita ſunt teſtimonijs. ¶ Et ſic maioꝝ ver
ba ac ſentencias excerpens: quaſi de vite veteri plantaria noua eligens:
de ſignis vere ac ſimulate amicicie (et ſi minus docte) tamen aliqualiter
diximus. ſub coꝛrectione ſancte matris eccleſie.

Deo gratias.

UVA. BHSC. IyR_241_3